ter actis.in 1.& 2.col.quem refert, ac ſequitur Iaſ.in l.
petens.in 4.col.C.de pactis per Bal. in conſil.253.lib.
2.nam ex quo, ut dictum fuit, do.Egano, & eius hære
dibus dandũ, ſeu uendendũ erat, ſi prius ipſi dederint
& ſoluerint pretiũ, expenſas, & intereſſe, lex interpre-
tatur, ꝙ hoc deberent facere, uidelicet ſoluere, quam
primum poſſent, ſicuti quando promiſſio facta eſſet
ſub conditiõe poteſtatiua iuxta.l.rogo. ff.quãdo dies
legat.ced.iuncta.l. hæc condit.ff.de cond.& demon.
35 Sed † curſus decẽnii arguit quẽ de negligentia, & cul-
pa iuxta no.in ſimili in c.plerunque.de reſcrip. & per
Bar.& alios communiter. in l.ſi de eo. §.ſi forte.ff.de
acquir.poſſ.ergo poſt talem terminum, & tantã mo-
ram non uidetur facultas agendi competere, quia cõ
ceſſa ad tempus uidetur denegata poſt tempus. l.ſta-
tu liberum.ff.de leg.2.Ex quo adhæc promiſſum fuit
do.Egano, & eius hȩredibus dare medietatem dicto
rum bonorum, cum hoc, ꝙ ipſi exburſent pretiũ, ex-
penſas, & intereſſe, ſubſtantia ꝯ̃ctus emptionis, ſeu ꝯ̃-
ctus innominati dr̃ collata ĩ arbitriũ, & ꝑtãtẽ dicti d.
Egani, & hæredũ, & cõſequenter hoc arbitriũ, & hæc
declaratio durauit ſolum per dies ſexaginta, ut colli-
gitur ex iis, quæ uoluit Bar.& ibi doct. cõiter.in l.ſiqs
arbitratu.ff.de uerb.oblig.& Pet.de Anch.in d.conſi.
331.Præterea non eſt ueriſimile, ꝙ Guidoãtonius uo
luerit ſe, & hæredes ſuos per tantum tẽpus ſtare in ſu-
ſpenſo, uidelicet ultra annos decẽ, ne dominũ rei tan
diu eſſet in ĩcerto, arg.l.1.ff.de uſuca.& ĩ §.1.Inſti.eo.
tit.Hæc ſunt, q̃ mouent Pet.de Anch.in d.conſ.ad ita
36 concludendũ.¶Nec obſtat † id, quod uoluit Ang.in
d.conſi.53.incip.Gulielmus, qui ſentit huic promiſ-
ſioni de uendẽdo, ſeu reuendendo ꝑ̃ſcribi ſpatio 30.
annorũ, & iõ, ſi fuerit infra 30.annos petitũ, uenditio
fieri debeat, quia reſpõdetur primo, quòd ipſe loqui-
tur,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tur,quando promiſſio eſſet facta per hæc uerba, quo
tieſcũque,& omni tempore,etiã nulla obſtante præ-
ſcriptione,quæ uerba illud,quod ipſe uoluit, operan
tur,ut clarè colligitur ex uerbis ſuis:hæc autem uerba
in caſu noſtro non reperiuntur expreſſa,ergo &c.Prę
terea Ang.loquitur,quando pactum de retrouenden
do fuit incontinenti appoſitum iuxta contractũ em-
ptionis,& uẽditionis,ex quo oritur, & cõpetit actio
ex ipſo contractu,uidelicet actio ex uenditio ad l. 2.
C.de pactis inter emp. & uend. & l.fundi partẽ. ff. de
contrah.emp.& l.ſi ſterilis.§.qui fundum.ff.de actio.
empt.quæ actio eſt perpetua, & habet metam 30. an-
norum,ut in d.l.ſicut cum ſim.Petrus uerò de Anch.
loquitur,quãdo alicui factum eſſet ſimplex pactum,
vel ſimplex promiſſio de uendendo,prout ẽt in caſu
noſtro, & tunc procedant ſupra adducta poſt Anch.
in d.conſi.¶Et ex prædictis infero idem eſſe, ſi in ca-
ſu occurrenti actum fuit uirtute codicillorum, quo-
niam cum ipſe comes Cornelius ut hæres fuerit gra
uatus de uendẽdo,ſatisfacto prius dicto comiti Cor-
nelio de ꝑtio,expẽſis, & intereſſe, talis obligatio fuit
37 conditionalis,ut plenè ſupra dictum fuit,&† hæc con
ditio fuit poteſtatiua,ut in l.2.ibique doct.& in l. hęc
conditio la.2.ff.de cond.& demon.& fuit hæc condõ
facilis dictis agentibus, qui in ſcripturis ſuis,prout in
proceſſu continetur,dicunt,ꝙ ſemper, & quandocũ-
que,ſi uoluiſſent,potuiſſent ſoluere,& ſatisfacere di-
ctum pretium,ergo ipſi agentes fuerunt in culpa, &
negligentia,ſeu in mora non adimplendo hanc con
ditionem,quam primum illam adimplere potuerũt,
ut eſt tex.in d.l.hęc conditio, iuncta. d.l.2. & l. rogo.
cum ſim.ff.quando dies lega.ced. & ideò poſt morã
prędictam non dicitur competere facultas agendi,
quia culpa eorum ab agendo excluſi cenſentur,ut in
terminis uoluit Bar.in d.l.hæc conditio.in fi.uer.Præ
38 terea†non uideo, ꝙ contra Com. Cornelium poſſit
agi ex codicillis,ueluti ſupra ẽt tetigi,quia ipſe graua
tur,ut hæres,& in effectu non eſt hæres, cum hæredi-
tatem nõ adiuerit,nec adire uelit, quinimmo neget
ſe eſſe hæredem,& quem non honoro realiter, & cũ
effectu,ut quia non acceperit, non grauo.l. ab eo. &
ibi doct.omnes.C.de fideicom.Nec ẽt ex eo,ꝙ bona
huiuſmodi poſſideat,poteſt uirtute codicillorum cõ
39 ueniri,aut cogi,quia†actio perſonalis, quæ ĩ caſu no
ſtro oritur ex obligatione oriente ex codicillis, non
datur contra ſingularem ſucceſſorem, ſeu ſimplicẽ
poſſeſſorem.d.l.fi.in fi.ff.de contrah.emp.& d. l.cum
precibus.C.de rerum permut cum ſim. aliàs per me
ad propoſitum allegatis:itẽ unum debetur, & aliud,
immò plus petitur nedum re,ſed etiam cauſa,& ideò
intentio agẽtium debet excludi, ut latius ſupra dixi.
Poſſidet autem Comes Cornelius dicta bona partim
ut hæres patris ſui, ut in poſitionibus confeſſus fuit,
partim iure cuiuſdam ſubrogationis factæ in perſo-
na ſua per Papam Iulium Secũdum,ut in literis dictæ
40 ſubrogationis apparet,& † in dubio quis præſumitur
poſſidere ex cauſa,& titulo præambulo.l.quædã mu-
lier.& ibi Bar.ff.de rei uendic.& partim etiam iure fi-
deicommiſſi paterni in eius teſtõ facto,ſi dictus Vly-
41 xes decederet abſque liberis,†quæ conditio euenit ꝓ
pter ingreſſum Vlyxis in religionem fratrum mino-
rum,arg.not.per Bar.in l.cum pater.§. hæreditatem.
poſt Dy.ff.de leg.3.nec per ingreſſum talis religionis
defecit fideicõmiſſum,aut illius cõditio,immò adim
pleri dicitur,ut per Bar.in d.§ hæreditatẽ.& ita in ter
minis per optimas rationes conſuluit Alex. in conſi.
121.col.4.uol.2.& plenius in conſi.13.uol.3.¶Et qm̃
ueritas huius concluſionis dependet etiam à reſpon
ſione ad adducta ſupra in contrarium accommoda-
ta,ideò ad illorum reſolutionem ueniędo, in primis
nõ aduerſatur, ꝙ præſcriptio cũ ſciẽtia rei alienæ nõ
42 procedit,quia primo reſpondetur,ꝙ† ſtatuta hmõi ꝑ
ſumptionem iurium, & actionum inducentia de fa-
cto per totam Italiam ſeruantur propter bonum pu-
blicum,& negligentiam non petẽtium, ſiue debitor
ſciat ſe eſſe debitorem,ſiue non, ut dicit Abb.in rub.
de præſcr.& habetur per Bar.& Alex.in l.legaui.ff. de
libera.lega.Secundo & melius dico,ꝙ licet attenta ꝑ
ſona Guidoniſantonij, qui promiſit, præſcriptio cũ
mala fide procedere diceretur, tamen attenta perſo-
na comiti Cornelij, & Vlyxis hæredum dicti Guido-
niſantonij pręſcriptio cum bona fide proceſſit,& fini
ta fuit,ex quo ipſi obligationem huiuſmodi ignora-
rũt,& ideò ex perſonis eorum præſcribere potuerũt,
ut ſupra plenius dixi,maximè ex not.per gl. in d.c. cũ
43 quis.de regu.iur.in 6. Tertio reſpondeo,† ex notabili
doctrina Abb.in c.fi.de præſc.& Imol. in l.quibus die
bus.§.dominus.ff.de cond.& demon.ꝙ ex quo credi-
tor,uidelicet D.Eganus,& eius hæredes ante,quã poſ
ſent agere,tenebantur aliquid facere,puta ſoluere,&
ſatisfacere,& conſequenter interpellare debitorẽ,ꝑ-
ut latiſſimè colligitur ex prædictis, & maximè ex iis,
quæ uoluit Anch.in d.conſi.331. & Alex.in d. conſil.
10.talis præſcriptio,quę ex ſola mora,& negligentia
creditoris proceſſit,potuit etiam cum ſcientia debi-
toris procedere:& ita intelligatur opinio hanc partẽ
tenentium,culpa enim ſua creditor à iure agendi di-
citur excluſus,& non culpa,nec ex mala fide debito-
ris,ergo &c.c.damnum.cum ſi.de reg. iur. in 6. & ita
eſt de mente Petri de Anch.in d.conſi.ſi rectè cõſide-
retur.¶Non obſtat ſecundum fundamẽtum, quoniã
& ſi non poſſit dici pręſcripta obligatio, quæ oritur
ex codicillis,tamen ex tali obligatione non potuit ꝯ
com.Cornelium agi multiplici de cauſa,tum quia ip
ſe non eſt hæres, tum quia ex codicillis unum erat in
obligatione,uidelicet rem uendi,& aliud principali-
ter fuit petitum,uidelicet rem tradi,tum quia nondũ
uenit,nec ceſſit dies obligationis,quoniam non fuit
adimpleta conditio,quam primum potuit adimple-
ri,quæ tamen adimpleri potuit, ueluti agentes ipſi fa
tentur,tum quia multa, quæ neceſſario pro uictoria
agentium probari debuerant, non fuerunt probata,
ut plenius de his omnibus conſtat ex dictis ſupra in
44 primo dubio,ac ẽt ſupra proximè. Item † præſcriptio
currit ẽt aduerſus ignorantes.l.fi. C. de longi tempo.
45 præſcrip. Pręterea † cum obligatio,quæ ex codicillis
oritur, ſit relatiua, & demonſtratiua obligationis o-
rientis ex chyrographo,quæ non reperitur,nec in re-
rum natura ſubeſſe probatur,illa deficiente, debet ẽt
obligatio relatiua,& demonſtratiua deficere,arg.l.aſ
ſe.§.de hęred.inſtit.& l.quidam.in teſtamõ.ff. de cõ-
dit.& demon.& hoc argumento utitur ẽt Pet. de An
cha.in ſimili in d.cõſi.331.in pen.& ult.col. ¶ Tertiũ
fundamentum,dum dicebatur, præſumptionem ſæ-
pe fuiſſe interruptam,parum concludit, quia reſpon
deri poteſt,ꝙ eo tempore, quo codicilli per Vlyxem
facti fuerunt,præſcriptio iam erat perfecta, & finita,
non aũt in curſu,& iõ per codicillos, ſeu per ſcientiã
ex codicillis inductam nõ poteſt dici interrupta, qm̃
46 †præſcriptio dum currit,non aũt poſtquã perfecta,&
finita eſt,poteſt dici interrũpi,& ita propriè,& in ter-
minis loquuntur iura loquentia de interruptione ꝑ-
ſcriptionis,ut in l.cum notiſſimi.& l.ſæpe.C. de præ-
ſcrip.30.anno.l.fi.C.de anna.excep.& in d.l.naturali-
ter.ibiq; docto.cum ſim.ſupra allegatis,ex quo enim
præſcriptio eſt perfecta,& finita legitimè, deſinit res
præſcribi,ergo tunc non poteſt amplius interrumpi,
quia non entis nullæ ſunt partes.c. conſilium. de ob-
ſerua.ieiu.& l.ſciendum.§.dictum.ff.de ædil.edic.cũ
47 ſi.unde† ſecundum Abb.in d.c.fi.de præſcrip.docto.
com-

cõmuniter concludunt, ꝙ præſcriptio bona fide cõ-
pleta non interrumpitur ex ſuperuenienti mala fide,
quia ius alicui iuſte acquiſitum auferri non debet, ita
uoluit not. Abb. ibi poſt glo. Innocen. Ioan. Andr. &
alios communiter. ¶Non obſtat quartũ argumentũ,
ꝙ præſcriptio proceſſit cõtra ignorãtes, & minores,
qui aduerſus illam ſunt reſtituẽdi dato ẽt, ꝙ cõtra ma
iorẽ cœperit, ut habetur in locis ad hoc ſupra allega-
48 tis, quia pro reſponſione dico, † prædicta poſſe proce
dere, & admitti, ſi præſcriptio eſſet inchoata, uel ſal-
tẽ perfecta contra minores, & ignorantes, ut in iuri-
bus præallegatis, ſed in caſu noſtro præſcriptio incæ-
pit, & perfecta fuit cõtra do. Eganum maiorẽ, & prin-
cipalẽ creditorem, cui promiſſio facta fuit, ergo hæ-
redes ſui, hoc eſt filij, ſiue maiores, ſiue minores, non
curo, & ipſius nepotes, qui in pñtia agunt, quamuis
fuerint pupilli, & minores, nõ pñt, nec debẽt reſtitui
aduerſus curſum hmõi præſcriptionis, cũ ipſi per eã
læſi nõ fuerint, ex quo ꝯ eos nõ proceſſit, nec cõple-
ta fuit, argu. nota. per Bar. in l. etiã. ff. de minor. & in d.
l. fi. C. in quibus cau. reſtit. in integ. non eſt neceſ. & in
d. l. 1. cum ſimilib. præallegatis. ¶Non aduerſatur ẽt
quintum argumentũ, dum dicebatur, ꝙ Vlyxes ĩ co-
dicillis ſuis potuit pro exoneratione ſuæ cõſcientiæ
diſponere, ꝙ obligatio iã extincta reuiuiſceret, & fa-
cere, ꝙ debitũ iã præſcriptũ deberetur ad not. per Bar
to. & Pau. de Caſt. in d. l. quibus diebus. §. dominus. ff.
49 de cõd. & demon. quia primo rñderi põt, † ꝙ ex quo
in chyrographo continebatur promiſſio, & ſic obli-
gatio dãdi, & in codicillis obligatio uendẽdi, per co-
dicillos obligatio iã præſcripta nõ cẽſetur reuocata,
nec recognita, qm̃ in diuerſis, & ſeparatis de una ad
aliã non infertur. l. ſi maritus. C. de donat. inter uir. &
uxor. l. inter ſtipulantẽ. §. facrã uerſi. ſed hæc diſſimi-
lia. ff. de uerb. obli. l. papinianus exuli. ff. de minor. &
Bar. Paul. de Caſtr. & alii loquuntur, quando teſtator
diſponeret de obligatione iam præſcripta, & de debi
to iam præſcriptione extincto, & illa uerba iuxta, &
ſecundum formam cuiuſdam ſcriptæ in codicillis ap
poſita referenda ſunt ad proxima tantum, uidelicet
ad dicta de ſatisfactione pretij, expenſarũ, & intereſ-
ſe, & non ad remota, & primo loco dicta, cũ eſſent pe
nitus diuerſa, & quodammodo ꝯria, nã aliud eſt quẽ
eſſe obligatum ad rẽ dandum, & aliud ad uendendũ,
50 ut ſupra dictum fuit. Et † clauſula in fine poſita refer-
tur ad oĩa, quãdo referri poteſt, ut quia ſint ſimilia, ſe-
cus, ſi diuerſa clemen. 1. in fi. & ibi Cardi. de iure pa-
tron. Itẽ non refertur ad omnia, quando ꝯrietas, & ab-
ſurdum reſultaret Abb. in c. eccleſia. extra de electio.
in 6. notab. & habetur in l. talis ſcriptura. ff. de lega. 1.
& ſemper debet capi intellectus, qui uitio caret. l. quo
ties. ff. de uerb. oblig. de rebus dub. & de reg. iu. Secun
51 do dico, † ꝙ teſtator poteſt grauare hæredem ſpecia
liter ad ſoluendum id, quod erat debitum naturali-
ter tantum, loquendo de obligatione naturali, quæ
habet effectus naturalis obligationis, & ita loquitur
tex. in d. l. quibus diebus. §. dominus. & ibi Bar. ſed nõ
debitum naturale, cuius obligatio naturalis eſſet pe-
nitus inefficax, & ſine effectu, qualis eſt obligatio na-
turalis, quæ poſt præſcriptionem completam rema-
net iuxta ea, quæ habentur per Bar. in d. l. fin. in fin. ff.
rem rat. hab. & in d. l. legaui. ff. de libera. lega. & hæc di
ſtinctio, & differentia eſt de mente Bal. in l. id, quod
pauperibus. in q. 10. C. de epiſcop. & cleri. & faciunt
nota. per Alexand. in l. is cui. §. flauius. & ibi Bar. ff. de
ſolutio. Tertio reſpondeo, quod quando teſtator mã
dat ꝓ exoneratione cõſcientiæ ſuæ, ꝙ debita in gene
re, uel ẽt in ſpecie ſoluantur, cenſetur uoluiſſe, ꝙ ſol-
uantur debita ẽt præſcripta, uidelicet cũ mala fide, &
debita præſcripta, quę ſciebat nõ eſſe debita efficacia,

ſecus ſi credebat debita præſcripta eſſe debita cũ effe-
ctu, & exigibilia, qm̃ tunc mandando illa debere ꝑ hę
redem ſolui etiam pro exoneratione conſciẽtiæ ſuę,
ea non debent ſolui, quando fuerunt cũ bona fide p̃-
ſcripta, ut uoluit do. meus Socin. & ibi Pau. de Caſt. in
d. l. quibus diebus. §. dominus. in glo. in uer. naturale.
52 poſt gl. ac ẽt in 2. concluſione: & † dicit Alexã. in l. ſi
ſic. in §. 1. ff. de leg. 1. ꝙ quamuis legatũ ualeat, ſi teſta
tor dicat, lego Titio decem, quæ illi debeo, quãdo ea
in ueritate non debebat, ut in d. §. 1. tamen hoc eſt ue
rum, quando ipſe ſciebat ſe illa nõ debere, ſecus ſi pu
tabat ſe ad illa teneri, nam tunc legatũ non ualet, q̃a
falſa demonſtratio uitiaret, ut ibi per eũ poſt Pet. Sed
Vlyxes putauit debitũ, de quo in chyrographo habe-
tur, cum effectu adhuc deberi, & eſſe exigibile, ut con
ſtat ex diſpoſitis in codicillis, & illud fuit cũ bona fi-
de præſcriptum, ergo nõ potuit per codicillos reno-
uari, nec reuiuiſcere. ¶Et ad id, qđ dicebatur, fideicõ
miſſum paternũ per comitẽ Corneliũ allegatum nõ
debere obſtare duplici rõne, prima propter ĩgreſſum
religionis, & ſecunda, quia obligatio alienationis ꝓ-
uenit ex facto, & diſpoſitione teſtatoris, qui fideicom
miſſum fecit per ſupra adducta, poteſt pro reſponſio-
53 ne dici, ꝙ prima rõ nihil facit, nam † per ingreſſum
religionis fratrum minorũ, qui ſunt bonorũ incapa-
ces, fideicommiſſum factum ſub conditione, ſi deceſ
ſerit ſine liberis, non deficit, ut ſupra demõſtraui poſt
Alex. in ſuis conſilijs, & docto. in d. c. in præſentia. Se-
54 cunda quoque ratio parum aduerſatur, quia † bona,
de quibus fit mentio in chyrographo, & in codicillis,
fuerunt in hæreditate, & in bonis, ac dominio ipſius
Guidoniſantonij teſtatoris, & ab eo poſſeſſa tàm tẽ-
pore teſtamẽti, quàm tpe mortis ipſius, ueluti ẽt pars
aduerſa fatetur; ergo ſequitur, ꝙ ſub fideicommiſſo
uniuerſali facto de omnibus bonis, iuribus, & actioni
bus comprehenſa dicuntur, argu. l. 1. §. 1. & l. cogi. §. 1.
ff. ad Trebel. & licet bona hæc eſſent ſuppoſita oneri
uenditionis, uel dationis, tñ ob hoc non dicuntur mi
nus fuiſſe in dominio, & in poſſeſſione teſtatoris, ut
colligitur ex iis, quæ ponunt ſcriben. cõiter in l. ſi fide
iuſſor. §. meminiſſe. ff. de leg. 1. Alex. in d. conſi. 10. &
habetur per Pau. de Caſtr. in l. ſi à te. C. de pactis inter
emp. & uendi. & faciunt not. per Bar. in l. nemo. ff. de
pactis. & ſupra tetigi. Ergo cum ante, quam dies fidei
commiſſi uenerit, & ceſſerit, hoc eſt ante, quam Vly-
xes codicillos faceret, & religionẽ ingrederetur, tale
onus uendendi, uel dandi bona prædicta propter præ
ſcriptionem ceſſauerit, ac extinctũ fuerit, illa bona di
cuntur abſq; eo onere fuiſſe in bonis, & hæreditate ip
ſius teſtatoris, & conſequenter fideicommiſſo com-
prehenſa cenſetur: quo fit, ut Vlyxes de illis in præiu-
dicium fideicõmiſſarij diſponere non potuerit. l. fi. §.
ſin autem. C. communia de lega. cum ibi not. quoniã
eius diſpoſitio facta de dictis bonis fuit potius uolun-
taria, quã neceſſaria, cũ hæredes Guidoniſantonij, ſtã
te præſcriptione legitima, ad uendendũ, ſeu dandum
cogi non poſſent, arg. eorum, quæ habentur in d. l. pa-
ter filium in prin. cum ſimil. ſupra allegatis. ¶Vltimo
non obſtat conſilium Angeli 53. incip. Gulielmus, q̃a
dupliciter poteſt euitari, ut ſupra retuli. Tertio etiam
55 reſpondeo, † ꝙ Ang. loquitur, quando quis promiſit
uẽdere, ſeu reuendere quotieſcunq;, & omni tempo
re ad uoluntatem illius, & cum iuramento, ut ibi per
eum; & ideò nil mirum, ſi ibi præſcriptione perpetua,
hoc eſt ſpatio triginta annorũ pręſcribitur, quia iurm
ꝑpetuat obligationem Hoſt. in ſumma de iureiur. in
§. quæ res. Abb. in c. fi. de præſcrip. col. 6. Bart. in l. nam
& poſtea. §. ſi is. ff. de iureiur. Alex. in l. ſi duo patroni.
§. Iulianus. ff. eo. tit. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. &
Felin. in rub. de præſcrip. Nos uero, ac etiam Petr. de
Ancha.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Anchar.in d.conſi.331. loquimur, quando quis ſim-
pliciter ſine iuramento, & abſque illis uerbis prægnã
tibus,& geminatis uendere promiſiſſet; & ideò ſuffi-
cit præſcriptio decẽ annorũ per ſupradicta. Et ex his
firmiter concludo,ꝙ obligatio orta ex chyrographo
per præſcriptionem decem annorum ex forma ſtatu-
torum inductam fuit quoad totalem effectum extin-
cta,& ſublata,nec potuit ex codicillis reuiuiſcere,nec
etiam ex obligatione oriente ex codicillis ꝯtra Com.
Cornelium ſaltẽ eo modo,quo actũ fuit,agi potuit.
¶ Capio ultimum dubium,poſito,ſed non conceſſo,
ꝙ nulla p̄ſcriptio obſtet, & ꝯ̃ Com. Corneliũ agi po-
tuerit, an ipſe Com. Cornelius p̄cisè teneatur ad id,
qđ fuit petitum,an uero ſoluendo intereſſe liberetur.
Et primo aſpectu uideretur multis rõnibus, ipſum p̄-
56 cisè teneri, & primo, quia † Com. Cornelius tanquã
hæres Guidoniſantonij tenetur ad dandũ, ut in chy-
rographo habetur,ergo pręcisè tenetur dare, qa hæc
obligatio ius,& non factum in ſe continet.l. ubi autẽ.
in fin.ibique omnes.ff.de uerbor.obligat. ¶ Secundo
57 † ipſe tenetur ex diſpoſitione Vlyxis codicillantis ad
uendendum,& ſic ad factum iuxta not. per Alex.in d.
l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe. ff. de leg. 1. & per Pau. de
Caſt.in l.ſi à te.C.de pactis. inter emp. & uendit. cum
58 aliis ſupra allegatis:&† ubicũque quis ad factum tene
tur ex diſpoſitione teſtatoris, præcisè cogitur facere.
l.fideicommiſſa.in fi.ff.de leg.3.& §. non ſolum inſti.
de leg.cum ſimilibus ibi not. & rõ eſt, quia uoluntas
teſtatoris habetur pro lege, & ubicunque ex legis di-
ſpoſitione quis tenetur facere, cogitur præcisè, nec
ſoluendo intereſſe liberatur, ut in l. ſi cum exceptio-
ne.§.ſed & ſi quis.ff.quod met.cau. & ita concludunt
Bar.& omnes legiſtæ.in l.ſtipulationes.non diuidun-
tur.ff. de uerbo. obliga. & canoniſtæ communiter in
c.2.de pignorib.¶ Tertio † qñ factum poteſt momen
59 to,& facillimè explicari, obligatus ad factum p̄cisè te
netur ad tradita per Ang.& Cuma. in d. l. ſtipulatio-
nes.nõ diuiduntur,& dñm meũ Soc.in ꝯſ.253. uol.2.
in colum.antepenul. ſed retrouendere poteſt momẽ
to explicari, ergo &c.& ita concludit Socin.in d. con
ſil.per notata à Ioan.Andr.in additio.ad Specul. in ti-
tu.de empt.& uendit.§.ſciendum.uerſicu.nota.
60 ¶ Quarto † obligatus ad tradendum ex cõtractu em
ptionis pręcisè cogitur tradere, ſi facultatem traden-
di habeat,docto.communiter in d.l.ſtipulationes.nõ
diuiduntur,& in l.1.ff.de actio.empti.Sed in caſu no-
ſtro agitur ad tradẽdũ rõne promiſſionis factæ de uẽ
dendo,& habetur facultas tradendi,ergo &c. ¶ Quin
61 to † duplex hoc in caſu concurrit obligatio,una dan-
di ex promiſſione hominis, & alia uendendi ex diſpo
ſitione teſtatoris, quæ pro lege habetur, & ex quali-
bet de per ſe quis poteſt præcisè cogi, ut ſupra, ergo
magis ex utraque ſimul connexa,argu. l. qui patri.cũ
ibi not.ff. de acquir. hæred. & ſicut in ſimili dicimus,
ꝙ fortior eſt prohibitio hominis, & legis ſimul, quã
quælibet de per ſe, ut habetur in capit. uerum. de cõ
dit.apposi.& per Bar. & alios in l. filiusfamilias. §. di-
ui.ff.de leg.2.per §.ſanctiſſimas in authen. de alien.&
emphyt.collat. 9. & eſt optimus tex. in l. ſi ſtipulatus.
in 1.reſpon.& ibi glo.ff.de uſur.& glo.in l. ſi fundũ.ff.
de uerbo.obligatio.¶ Sed prædictis non obſtantibus,
contrarium teneo,ꝙ comes Cornelius nõ poſſit præ
cisè cogi,ſed ſoluẽdo intereſſe liberetur,& ad hoc di-
62 cendum moueor primo, † nam agitur contra ipſum
ad tradendum medietatem bonorũ &c. & ſic agitur
principaliter ad tradendum, ut ex concluſione libel-
li colligitur, ex qua mens libellantis conſtat, ut uo-
luit Bar.in l.Aurelius.§.ſticho.ff.de libera. lega. ergo
p̄cisè cogi non poteſt ad tradendum,ſed ſoluendo in
tereſſe liberari debet.d.l.ſtipulationes.nõ diuiduntur
in uerſi.celſus.& l.rem tradi.ff. de uerb.obli. ¶ Secun-
63 do moueor,† nam quamuis in obligationi bus dãdis
quis præcisè dare cogatur.d.l.ubi autem.in fi. cum ſi-
milibus,tamen hoc fallit, quando quis teneretur da
re ex contractu innominato, & correſpectiuo, ut eſt
gl.ſingularis. quam docto. omnes approbãt in l.cum
precibus.per illum tex.C.de rerum permut.& ibi Bal.
Sali.& omnes,& Bar.in 9.opposi. Ange.Imo. Pau.de
Caſt.Alexan.in 11.col.& oẽs in d.l. ſtipulationes.nõ
diuiduntur.Imol.poſt do. Anto. & Abb. in c. 2. de pi-
gnor.per tex.in l.naturalis.§.1.ff.de p̄ſcrip.uer.Sed he
redes Guidoniſantonij,& conſequenter comes Cor-
nelius ad dandũ, ſeu tradendũ tenentur ex ꝯ̃ctu inno
minato,promiſit.n. Guidoantonius, ut ex chyrogra-
pho apparet, dare medietatẽ bonorũ dño Egano, ut
illi ſatisfaceret,propterea quia de emptione facta per
Guidonemantonium, dominus Eganus ſe tenebat
grauatũ,cũ pacto,ꝙ dominus Eganus, & hæredes de-
berent exburſare medietatẽ pretij, intereſſe expenſa
rum, & gabellarum, qui contractus profecto fuit in-
nominatus do, ut des, uidelicet promitto dare rem,
ut des pretiũ,& intereſſe,& expẽſas,& hæc ꝓmiſſio fa
cta fuit ob certã cauſam, & conditionẽ, & ſic dicitur
ꝯ̃ctus innominatus.l.fin.& ibi gloſ.ff.de conditio. ob
cauſ.ergo &c.Præterea promiſſio de uendendo, uel
dando ob certam cauſam, uel conditionem dicitur
contractus innominatus,& ex eo oritur actio præſcri
ptis uerbis.l.2.C.de pactis. inter empt. & uendit. Bal.
in l.quamuis.C.de tranſact.& tantò magis in caſu no
ſtro dicendum eſt fuiſſe contractũ innominatum,qa
facta fuit promiſſio de dando rem ob certũ cauſam,
ut ſupra, & ut exburſaretur dimidia pretij incerti,&
intereſſe, ac expenſarũ incertarũ, & ideò non potuit
dici emptio,qm̃ ad hoc,ut ſit emptio, pretiũ debet eſ
ſe certum.§.pretium Inſti.de emptio.& uendi. & hoc
64 non habet dubium.¶ Tertio † quamuis obligatus ad
factum ex diſpoſitione teſtatoris præcisè teneatur.d.
l.fideicommiſſa.in fi.tamen quando obligatio ad fa-
ctum deſcendens ex diſpoſitione teſtatoris eſſet ſub-
rogata in locum obligationis deſcendentis ex conuẽ
tione partium,ſecus eſt dicendum,quia ſubrogatum
ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur.l.ſi cũ.
§.qui iniuriarũ.ff.ſi quis cautio.& facit in ſimili id, qđ
uolunt Bar.Imol.Alex.Paul.de Caſt. & omnes in d.l.
ſtipulationes.non diuiduntur,qui dicunt, ꝙ quando
quis tenetur ad factum ex obligatione hominis, hoc
eſt ex conuentione, quæ fuit ſubrogata in locum ob-
ligationis legalis, ipſe ad factum præcisè tenetur illa
ratione, quia ſubrogatum ſapit naturã eius, in cuius
locũ ſubrogatur, nã qui tenetur ad factum ex obliga
tione legis præcisè tenetur.d.l.ſi cũ exceptione.§.ſed
& ſi quis.& idẽ,ſi ex diſpoſitione teſtatoris, quæ habe
tur pro lege.d.l. fideicommiſſa. in fi. Ergo eadem ra-
tione dicendum eſt,ꝙ obligatus ad faciendum ex di-
ſpoſitione teſtatoris ſubrogata in locũ obligationis
hoĩs, & deſcendentis ex conuentione non teneatur
præcisè facere,ſed ſoluẽdo intereſſe liberetur,ut ſub-
rogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubro-
gatur,prout docto.in hac materia hoc,argõ utuntur,
nec uideo rõnẽ diuerſitatis, ergo idẽ in utroq; dđm
eſt.l.à titio.ff.de uerb.obliga. & ſic ex prædictis infer-
tur,ꝙ ſiue conſideremus obligationem dãdi ex chy-
rographo orientẽ,ſiue obligationem faciẽdi, hoc eſt
uendendi orientẽ ex codicillis,ſiue concluſionẽ libel
li, qua concluſum eſt ad tradendum, comes Corne-
lius præcisè non teneatur,ſed ſoluendo intereſſe libe
retur,præſupponendo, ꝙ contra ipſum potuerit agi,
& is nulla præſcriptione ſe tueri ualuerit, & ꝙ oĩa ne
ceſſaria pro parte agentiũ fuerint probata : quæ tamẽ
oĩa ſunt falſa,ut ex dictis ſupra in primo,& ſecũdo du
bio

bio conſtat, & ideò non expediet inueſtigare, an te-
neatur præcisè, an uerò ſoluendo intereſſe liberetur,
ſed, ut oı̃s remoueatur difficultas, concludo ipſum p̃
cisè non teneri, nec cogi poſſe. ¶ Nõ obſtant adducta
pro ꝯ̃ria opin. q̃a ad primũ argumentum patet rñſio
ex prædictis, nã fallit qñ rẽ dari eſſet in obligatione ex
ꝯ̃ctu innominato, prout eſt in caſu nr̃o, ueluti dictũ
fuit. ¶ Non obſtat ſecundum fundamentum, nam re
ſponſio colligitur ex ſupra proximè dictis, uidelicet
ꝙ ex quo tenebatur ad factum ex diſpoſitione teſta-
toris ſubrogata in locum obligationis deſcendentis
ex conuentione partiũ, idẽ dicendũ eſt, ac ſi ad factũ
ex conuentione partium tenereẽ per ſupra dicta. Præ
terea aduerſarij non dicuntur egiſſe ꝯ̃ comitẽ Corne
lium ex obligatione oriente ex codicillis, hoc eſt ad
uendendum, ſed ad tradendum ſimpliciter, ergo &c.
65 Rurſus † ex diſpoſitione teſtatoris, qui tenetur ad fa-
ctum, præcisè cogitur, concurrente fauore publico,
& pio, ut uoluit Bal. in l. 1. C. de ſenten. q̃ pro eo, qđ in
ter. & ita in terminis intelligit tex. in d. l. fideicõmiſſa.
in fi. & ſequitur Pau. de Caſt. in l. qui Romę. §. flauius.
ff. de uerb. obli. & hoc dicit Alex. in d. l. ſtipulationes.
non diuiduntur propter eorum auctoritatem notan
66 dum eſſe: & confirmantur hæc, nã † etiam ſi quis ad
opus ex pollicitatione, uel promiſſione teneatur, nõ
liberatur ſoluendo intereſſe, ſed tenetur facere pro-
pter fauorem publicum, ut quia ad opus faciendũ fa-
uore ciuitatis teneretur, ut eſt tex. nota. in l. imperato
res. §. 1. & in l. de pollicitationibus, & ibi Bar. ff. de pol
licitatio. Ex quibus clarè infertur, ꝙ ſola diſpoſitio te
ſtatoris illud non operatur. ¶ Non obſtat tertia rõ, nã
67 † ẽt quando factum extra iudicium poteſt facilè ad-
impleri, quis non poteſt præcisè cogi, ſed ſoluẽdo in-
tereſſe liberari debet, quicquid dixerit Ange. allegan
do Io. And. & do. meus Soc. in d. ſuo cõſilio, & hoc te
nent Imo. Roma. & Alex. in d. l. ſtipulationes. nõ diui
duntur per illum tex. nã rem tradi eſt facile, qñ q̃s rei
tradendæ facultatẽ hẽt, & tamen p̃cisè quis nõ tene-
tur, ut in d. l. uerſi. celſus. Nec Ioan. And. in d. addit. di
cit id, ad quod per Ange. allegatur, ſed benè in addit.
in tit. de rebus eccle. non alien. in §. 1. hoc clarè uoluit
per tex. in d. l. ſi cũ exceptione. §. ſed & ſi quis. qui non
p̱bat, quoniã loquitur, quando quis ad factum ex ob
ligatione legali tenetur, ut declarant Barto. & omnes
in d. l. ſtipulationes. non diuiduntur, & Imol. in d. c.
2. de pigno. Præterea quãuis uẽdere ſimpliciter abſq;
traditione ſit facilè, nam facilè contrahitur, & diſtra-
68 hitur, tamen † qui tenetur ad uendendum, ſoluendo
intereſſe liberatur, ut ſenſit Io. And. in d. addit. in titu.
de emp. & uendit. in §. ſciendũ. uerſicu. nota. & clarius
Imo. in d. l. ſtipulationes. non diuiduntur, in pen. col.
ubi Alex. in 11. col. dicit hanc opinionẽ eſſe ueriorẽ,
& ita in terminis uoluit gl. in l. qui fundum. in uer. ad
cõplendũ. ff. de cõtrah. emp. unde ſiue conſideremus
obligationẽ rem uẽdi, ſiue obligationẽ rem tradi, in
caſu noſtro nõ debet præcisè cogi, ſed ſoluẽdo inter
eſſe debet liberari per prædicta. Rurſus dato, ſed non
ꝯceſſo, ꝙ qui tenetur uendere ſimpliciter, poſſit co-
gi p̃cisè, quia hoc eſt facile, ut conſuluit Soc. in d. con
ſil. & fortè non benè, quoniam fundauit ſe ſuper opi-
nione Angeli, & Cumani cõiter reprobata, tamen
69 † qui principaliter, & merè tradere tenetur, non cogi
tur præcisè, ut uolunt docto. omnes per tex. in d. l. ſti-
pulationes. non diuiduntur in uerſi. Celſus. Sed in ca-
ſu nr̃o principaliter agitur, & petitur, ꝙ comes Cor-
nelius cogaẽ tradere, & conſignare, non autem uẽde
re, ergo &c. ¶ Non obſtat quartum argumentũ, qm̃
70 † aliud eſt teneri ad rẽ tradendam cõſecutiuè ex con
tractu emptionis præambulo, & perfecto, quo caſu rẽ
tradi nõ dicitur principaliter eſſe in obligatione. l. in
numerationibus, & ibi Bar. in fi. ff. de ſolutio. & Bart.
Alex. & alij in d. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. & tũc ſi fa
cultatẽ reitradẽdę habeat, p̃cisè cogiẽ, & ita procedãt
ea, q̃ hñr in d. l. 1. ff. de actio. emp. & l. ſi hæres. eod. tit.
& rõ eſt, q̃a tunc rẽ tradi cõtinet cãm bonorũ iuxta. l.
in conuentionalibus in fi. de uerb. obliga. & per Bar.
& alios in d. l. ſtipulationes. non diuiduntur. Aliud eſt
teneri ad rẽ tradendã principaliter, & tũc p̃cisè nõ co
giẽ, ſed ſoluendo intereſſe liberaẽ, & ita loquiẽ tex. in
d. l. ſtipulationes. nõ diuidũtur ĩ uerſi. celſus. & ibi do-
cto. Bar. & alij. ſic declarãt, & diſtĩguũt, ac aſſignãt rõ
nẽ dr̃iæ, & ẽt in d. l. 1. ff. de actio. emp. ſed in caſu no-
ſtro agiẽ ſimpl̃r, & merè ad rẽ tradẽdã, ergo &c. ¶ Vl
71 timo fundamẽto rñdetur, ꝙ † allegata ibi poſſent p̱-
cedere, qñ diſpõ legis & hoı̃s ad idẽ tẽderẽt, ut in lo-
cis p̃allegatis. Secus ſi circa unũ diſponeret cõuentio
partiũ, & circa aliud diſpõ teſtatoris, uel legis, qm̃ ex
unione, & connexione hm̃oi nõ dẽt diſpõ iuris alte-
rari; ut de ſe patet, & colligitur ex ibi nota. Sed in ca-
ſu noſtro ex ꝯuẽtione partiũ, de qua in chyrographo
hr̃ hæredes Guidoniſantonij tenẽtur ad dandũ, ex di-
ſpõne uero codicillãtis teneẽ ad uendendũ, q̃ ſunt pe
nitus diuerſa, ut ſupra dictum fuit, ergo &c. Præterea
rõne cõnexionis aliqua dicimus, q̃ aliàs nõ dicerem⁹,
qñ cõnexa ad unũ, idẽq; tendunt, ſecus ſi ad diuerſa:
ita in terminis uoluit Areti. in d. l. q patri. in 4. col. ibi
quarto arguit. ff. de acq. hæred. Sed in caſu noſtro ten
dũt ad diuerſa, ut ſupra, ergo &c. Et ex his cũ Laude
Dei dubia ſupra in hac ꝯſultatione propoſita ad fauo
rem comitis Cornelij reſoluta remanent. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Iudex etiam à principe delegatus poteſt de iure ciuili abſque ex-
preſſione cauſæ dici ſuſpectus.*
2 *De iure autem canonico cauſæ iuſtæ ſunt allegandæ.*
3 *Et ſaltem per iuramentum probandæ,*
4 *Et ſufficit generalem cauſam ſuſpitionis allegare, & probare.
Quid ſi ſpecialis cauſa fuit expreſſa nu. 16.*
5 *Arbitri ſuper allegata ſuſpitione iudicis aſſumendi, quid de iure ci
uili, & quid de iure canonico cognoſcant.*
6 *Suſpecti iudicis allegatio, ut valeat, ſuumque effectum operetur,
quid requiratur.*
7 *Collegium doctorum, cui cauſa fuit à principe delegata, ſi illius au
dientiam ſubdelẽget duobus, uel tribus ex collegio, & in proce-
dendo coram his ſubdelegatis collegium fuerit generaliter alle
gatum ſuſpectum, hæc ſuſpitionis allegatio ſolum ad ſubdelega-
tos extenditur, & illis ſemotis collegium procedere poteſt.*
8 *Et cauſa ſuſpitionis huiuſmodi, ac etiam appellationis à ſententia
ſuper competentia per ſubdelegatos lata interpoſitæ ad quem
ſit deuoluta.*
9 *Appellãdum eſt gradatim, & non omiſſo medio de iure ciuili, etiã
ſi ad imperatorem appellaretur.*
10 *Quid de iure canonico: & ſi omiſſo medio appelletur, ad quem de
utroque iure deuoluatur.*
11 *Recuſatio iudicis præſupponit iuriſdictionem, & excludit exceptio
nem incompetentiæ.*
12 *Exceptio incompetentiæ proponenda, & cognoſcenda eſt prius, quã
exceptio recuſationis, & quare.*
13 *Renunciatur primo actui in iudicialibus per actũ illi contrarium.*
14 *Petitorio agens ſi poſtea agat poſſeſſorio retinendæ dicitur petito-
rio renunciaſſe.*
15 *Recuſationis, ſeu ſuſpitionis exceptio eſt ante omnes alias exceptio
nes dilatorias, & declinatorias proponenda, & ſi alię dilato
riæ, ſeu declinatoriæ antea opponantur, & poſtea ex interuallo
opponatur recuſatio, ea non poteſt ſecundum ordinem intelle-
ctus dici ante alias propoſita, & nu. 27.*
16 *Recuſatio iudicis cum expreſſione ſpecialis cauſæ uitiatur, ſi cauſa
expreſſa eſt nulla.*
17 *Appellatio à diffinitiua expreſſionem iuſtæ cauſæ non requirit, &
tamen ſi exprimatur cauſa euidenter friuola, appellatio eſt ipſo
iure nulla.*

18 *Cauſa*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN